

AB
153 377




1562

C. 40

Script. lat. recent. in Quarto

2. N. 25

II 2. c. 25



PAEDOLOGIA PETRI MO
SELLANI PROTEGEN
SIS. IN PVERORVM
VSVM CON
SCRIP

Multa sunt...
 TA
 Hieronymus
 Non sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare non possunt.

1578

**PETRVS MOSELLANVS IOANNI
POLIANDRO, LIPSIAE APVD
DIVVM THOMAM LVDI
MAGISTRO SVO, S.**

Es tu quidem: mi Ioannes: iam annos multos re ipsa exper-
tus, quāta cū difficultate, ⁊ quā sero infirma puerorū aetas, ad
latinitatis antiquae imitationē pueniat. Nam, cum post pris-
ma rei grāmaticae rudimēta, tenera ingenia statim ad latini
sermonis vsum adigant, nec tamē vlla eis via ad hāc rem de-
mōstret, fit, vt dū vtcūq; quod iubetur, praestare conatur,
nouā quandā loquēdi rationē plane barbarā, & per uernacu-
li sermonis vestigia ingredientē, inter se sibi ipsi cōfingant.
Quod vitiū rudibus animis, & per hoc tenaciorib⁹, primū
imp̄ssū. postea nulla arte deleri potest. Atq; hęc causa mihi
videt, quod nō Germani solū, sed & Itali, qui nobis hac parte
foeliciores videri volūt, sermone quotidiano immundo
adeo & parū pprio vtūtur. Videas em̄ bonā partē eorū, qui
hodie linguā latinā pfitent, in loquēdo nihil minus spirare,
quā natiuū illum & incorruptū Romani sermonis odorem.
Vt cādīdissimae eloquētiæ scriptor Fabius, de extemporali
oratiōis facultate, frustra scripsisse videat. Quid, quod hoc
malū grauioris etiā aetatis pfectibus, omnē aufert gratiam?
Alioqui, qua causa male audiūt apud Quintilianū & itē Gel-
liū. *ἡ μὲν οὖν*, nisi quod, quia a teneris (vt aiunt) vnguiculis,
optimis nō sunt adsueta, obuia quaeq; in authorib, citra dele-
ctum, in suū vsum cōuerūt. vt dictio eorū om̄is nō ppria,
& domi suae nata, sed e varijs scriptorib, hostiatim quasi mē-
dicādo congesta, delicatū iudicij hoibus nō possit nō putere.
Hęc, quū tu nō minus acute quā grauiter ppenderes, nihilq;
haberes potius, quā puerorū, qui tuae fidei sunt cōcrediti, ru-
dem & ad oīa sequacē animū, ad optima quaeq; pducere, me-
cū egisti saepe, vt loquēdi formulas aliquot, quib⁹ ea aetas vti
posset, cōscriberē. Diu: vt nosti: sum reluctatus. partim qd̄
ipse grauiorib⁹ occupatus, hanc operā vtilissimā quidē illā,

*nam et
magis horum
quod semel dicitur
in uerbis prima
sit vbi dicitur*

^{et fidem gabito} sed in specie tñ humilē, & pene sordidā dedignārer • partim,
quod, q̄a in ludis eiusmodi, ipse nō admodū essem versatus,
vix possem eā quasi personā cū decoro gerere. Videbā em̄
ad hāc fabulā agēdā opus fore, denuo repuerascere, &: vt ait
Flacc⁹: Ludere par impar, equitare in arūdine lōga. Sed, cū
tu rogādi finē faceres nullū, pariter q̄ te, qui probe puerorū
sensum calleres, si qua nobis hac parte deessent, suppleturū
pmitteres, volui quamuis calūniā subire potius, q̄, vel tibi
amico, tum synceriter amāti, tū prudēter rogāti, quicquā ne
gare, vel meo pudore publicū pueritiā cōmodū diutius re-
morari. Iā si quis est, qui vehementer putet indignū, has, si-
cuti prima frōte vidētur, nugas, in chartaꝝ pernitie scribi-
is mihi virū paulisper exuat, & in puerū redeat, cogitetq̄, iā
primū sibi latini sermonis vsū discendū. Statim, opinor,
videbit, quā facile & nullo pene negotio, per eiusmodi fabu-
las: velut quosdā gradus: ad Terentiū proprietatem, ac Cice-
ronianā facilitatem, prima illa ætas traduci potuisset. Quis
autē laturus esset, immo, quis nō statim exhibilaturus, si ex
puerili p̄sona, tetricam istā senū sapientiā sonarem? Tametsi
sunt his nugamētis nostris admista quædā, quæ seria duces
re videri possint. Usque adeo, vt & hoc noīe ab Aristarchis
istis vix tutus sim futurus. Sed malui ego decori paulisper
oblit⁹, paucula subinde aspergere, quæ, si pueris suis litera-
tores prælegāt attēte, queāt cū studiorū abusum tollere, tū
pueritiā mores ad Ch̄riānā regulā corrigere. Hos labores
tibi: mi **Poliāder**: dicare volui nomiatim, vt qui author no-
bis & adiutor ad hāc scribenda fuisti, idem quoq̄ suscipias,
quicqd id est libelli, tua facundia, autoritate, ac gratia tuē-
dū. Quod si ex hac editiōe ad te impulsorē, & me scriptorē,
aut nulla, aut tenuis admodum gloria redibit, solemur nos
ipsi per hoc, quod nullo popularis auræ pruritu, sed pio &
simplici animo, vterq̄ nostrum, hoc negotiū tractauimus,
tu adhortando, ego scribēdo. Siquidem inuare studuimus
saltem aliquos, nocere nemini. Bene vale. Lipsiæ ipsis ferijs
Diui Matthæi Apostoli. Anno M, D, xviii, A ij

De oratione

*sa. 2. libri 2. mi
de oratione cap. 10
de oratione cap. 11
de oratione cap. 12
de oratione cap. 13
de oratione cap. 14
de oratione cap. 15
de oratione cap. 16
de oratione cap. 17
de oratione cap. 18
de oratione cap. 19
de oratione cap. 20*

Hieronymus

*In nra compositione
Aristarchi de oratione
de oratione cap. 10
de oratione cap. 11
de oratione cap. 12
de oratione cap. 13
de oratione cap. 14
de oratione cap. 15
de oratione cap. 16
de oratione cap. 17
de oratione cap. 18
de oratione cap. 19
de oratione cap. 20*



Dialogus

Dialogus ubi dicitur quod quidam mercator...

DIALOGVS. I.

CASPAR ET MODESTVS, De nundinis fabulantur.

A

Ge vero **Modeste**, quot dies hinc absunt nundinarū feriā, quib⁹ frequētes adeo huc peregrini adueniūt mercatores? **MO.** Dies, ni fallor, quatuor

Calculus

Calculus ubi dicitur quod...

decim. Nam accurate singulas pene horas ad calculū voco,

Siquidē nullū tēpus totius anni cupid⁹ expecto q̄ nūdināx.

CAS. Nō iniuria quādoquidē hāc feriā, partim nūcios, partim lras, partim omib⁹ literis gratiores pecunias, nobis ap

portāt. Quod si nō & mihi iā plane exhausto, proximā nundinā argētī subsidiū attulerint, nō potero hic diuti⁹ durare.

MODES. Pecunias quidē, id quod satis scio, accipiā nullas,

pannū tamē in vestem hybernā, se discedenti mihi missurū

pmisit pater. **CAS.** Utinā uterq; voti cōpos fiat, vt & tu cōs

modius vestit⁹, & ego nummator, vrgētis hyemīs iniūrias,

minori negotio propulsare queamus.

DIALOGVS. II.

OSVALDVSET MICHAEL, de natali celebrādo. de receptis pecuniis, deq; bono cuiusq; genio.

Natalis

Natalis ubi dicitur quod...

Non tu hodie tuū natalē celebras, atq; nos tuos sodales

cōiuiuo excipis? An ignoras hunc diē diuo Michaeli,

cuius tu nomē refers, esse sacrum? **MI.** Scio equidē quid au

tem facerē, quādo ne obulū quidē habeo, quo panem emere

queā, nedū cōiuiua agitare? **OS.** Nō his nundinis a parē

tibus tibi nummi sunt missi? **MI.** Sunt utiq; sed ante nundi

narū exitū, e mercatore, qui literas mō dedit, extorquere

possum nihil. **At** em̄ sibi in tanto hominū strepitu, otīū ad

DIALOGVS. III.

numerādas pecunias nō esse. ^{et alio} Alioqui, nō modo natalē meū
^{et voluptuosē agere} conuiuio exciperē, sed & genio bono (quē angelū dicimus)
^{et spem} peculiari aliqua hilaritate gratificarer. ^{et placere} OS, Itaq; Terentia
^{et proferre et illa quae est} no illo satis excusati sumus, ^{et possunt} Vt quimus, aiunt, quando, vt
volumus, non licet.

DIALOGVS. III.

PETRVS ET PAVLVS. de reditu in patriā, de literis a
parentibus acceptis, deq; missione flagitanda.

Salue mi Paule. ^{et quare} **PAV,** Et tu sodaliū iucūdiffime ^{et quomodo} Petre.
Sed quid adeo es tristis? ^{et amara} Nam, ex quo cōmunia studia

Ludus
aliquid pro
regula hoc
ludo sumit
in quo se
voluptas
suscipitur
Ore dicitur
ludus patet
in ludis
puli/ludis
gladioru
ind/ludis
mystic
et ludis
ludis

^{et hinc} Idēq; hic ludus, mutua nos familiaritate iunxerūt, vultu ala
^{et amabilem} cri, & festiuo mihi semper visus. Vt ex his, quos hic habet
^{et desiderare ut} ludus, fuerit nemo, qui non te familiariter vtī concupiuerit.

^{et amant} Nunc nescio, quomō alius videris. **PE,** Et mirū tibi videf

^{et amant} si vultu sum tristi, cū eiusmodi quiddam mihi accidat, quod
^{et amant} studiorū meorum progressum non parū queat remorari?

^{et amant} **PAV,** Quid illud queso: Nā graue aliquid sit oportet, quod
te adolescentem cōstantem a studijs deducat. **PE,** Dicā pau

^{et amant} cis. Iam annus ferme est, ex quo Ludī huius nostri celebrata
te excitus, huc ad capiendū ingenii cultum cōcessi. Quo tem

^{et amant} pore, studiorū meorum vix rationem inueni, Cū mihi e pa
tria offerūtur literæ, quæ me domū, quasi ex medio studio

^{et amant} rum cursu reuocant. Et, quod me omniū maxime male has
bet, reditus mei causas non edunt. Nec scire possum, an huc

^{et amant} tandem liceat remigrare. **PAV,** Qui scis, an ad fortunā ali
quam auoceris. **PET,** Nulla mihi fortuna potest incidere

DIALOGVS. III.

^{et magna fortuna} tanta, cuius respectu ^{et me dicitur} literas queam posthabere. **PAV,** Ac ^{et amittit negligens} parentibus est obsequendū. **PE,** Hoc illud est quod me mo ^{et sed} uet, quod me hinc domū extrudit. **Alioqui,** tametsi nō tantū ^{et hoc} est æris, quo hanc hyemem transmittere queam, tamen præ ^{et p. pagere} studiorū amore, victum medicando hostiatim quæritassem. ^{et p. singulis hostia} **PAV,** Non ante q̄ hinc abeas, nunq̄ forsan rediturus, cons ^{et dicitur} uuiū inter nos agitabimus? **PE,** Cōuiuia agitarem, qui ad ^{et dicitur} supellectilis meæ sarcinam componendā, vix tēpus habeo? ^{et ad obliganda} **Immo,** iā recta ad ludimagistrū pergo, missionē efflagitatu ^{et ad obliganda} rus, quam vbi fuero cōsequutus, conterraneorū meorū lite ^{et postulat} ris, quas ad parentes suos mihi dabunt, acceptis, statim iter ^{et quod dicitur} ingrediar. ^{et famulatus} Quare rectissime vale mi Paule, mutæ nostræ ^{et dicitur} cōsuetudinis memor. ^{et dicitur} Quod si quādo dabitur ocium, fac, de ^{et dicitur} studiorū tuorum ratione, & ludi huius statu, me literis tuis ^{et dicitur} certiozem reddas. **PAV,** Faciam sedulo mi Petre, & lubens ^{et dicitur} quidem. ^{et dicitur} Sed heus tu? **PE,** Quid est? **PAV,** Conterraneos ^{et dicitur} tuos, quorū cōsuetudo dum hic erāt, vtriq̄ nostrū erat gra ^{et dicitur} ta, meo nomine diligēter salutes velim. **PE,** Sat est, faciam.

DIALOGVS QVARTVS, de cōueniendo præceptore, ^{et dicitur} missione impetranda, deq̄ gratiis præceptori agendis.

PANDVLVS ET PETRVS.

^{et dicitur} Vis es, qui trepide adeo ^{et dicitur} pulsas hostium? **En Petre,** tun ^{et dicitur} pulsasti? **PE,** Pulsauī. **PAN,** Sed qua gratia huc in/ ^{et dicitur} tromitti postulas, nō vt magistrū cōuenias? **PE,** Maxime,

^{et dicitur} **Distant magis** si est intus, habeo quod cum eo agam ipse. **PAN,** est intus, ^{et dicitur} **Sed mane paulisper,** dum huc tibi renuncio, an hoc tēporis ^{et dicitur}

Distant magis
 q̄ et magis videtur
 in plonibus ad rē
 et magis sed p̄riet ad
 loca magis

Distant magis
 et magis magis
 q̄ magis ad rē
 et magis gratia ut
 sed magis q̄nto rē ad rē
 et magis ad rē
 et magis ad rē

Ve
 dicitur
 ad magis
 tūm

DIALOGVS. III.

*Verba
dyspula
ad magist
trum.*

articulo ei te audire vacet. **Here**, scholasticus quis piã foris ex-
pectat, qui, si nō sit molestum, cupit te de re quapiã cōuenis-
re. **LVDI**, Quin huc adest. **PAN**, Iam iam aderit. **PE**,
Salve praeceptor optime. **Auocor** hinc in patriã feriis paren-
tum meorū literis, **Et** si non auocarer, ipsa tamen æris eges-
stas, & item nuditas, domū abigere me possent. **Itaq;** gratias
ago tibi immortales obseruantissime praeceptor, q̄ me pri-
mū in tuam disciplinã humanissime recipere dignatus es. de-
inde, ex quo tuę scholæ fui sectator, & fideliter, & accurate tã
literis bonis, q̄ rectis moribus expolire studuisti. Porro,
quia, vt dixi, nō amplius hic morari licet, q̄ possum amãter
oro, vt qua humanitate me hactenus tractasti, eadem & mis-
grandi potestate concedas. **Etenim**, si modo id pace fiet tua,
cras prima luce iter sumus ingressuri. **LVDI**, Si quid feci
quod gratū sit adolescens studiose, hoc rotum non mihi, sed
praeceptoris offitio feres acceptum. **Cæterū**, quãdo te hinc
parentū literis auocari dicis, abi me p̄mittete bonis auibus,
quocūq; te, vel parentes vocant, vel rectius forsan cōsilium
hortatur. **PE**, Sed illac qua iter sum factururus, amicos ne ali-
quos habes, quos literis salutare cupias? quãdoquidē ipse
perferendi onus in me lubens recipio. **LVDI**, Non admo-
dum. **Et**, vt maxime haberem, tot tamē alijs negocijs in prae-
sentia districto, scribere non vacaret. **Quare** tu, quod ad li-
teras attinet, securus iter destinatū, quando lubet, capesse.
PE, Bene vale.

*Admirare ad
verbum frat. studio
su et diligenter*

*Bonis auibus
mal. auibus tracto
tracto abyt anspiro
q̄ aliqui curiosissime
obseruabat ad id et mi
hil publici sine auspi-
cio meo domi meo mili-
tie generatus unde di-
spiro aliquid cupitur
pro fortuna su domo
auibus q̄ felix boni
et veru edempti*



DIALOGVS. V.

DIALOGVS. V., de excipiendis scholasticis aliunde aduenientibus, deq; Græcæ literaturæ rudimentis, in prima ætate addiscendis.

MARCVS ET IOANNES.

QUæde nobis aduenis mi Ioannes, aut quo animo huc ad nos es profectus? Nec enim opinor Iudi huius gratia venis, q̄ ante tot meis, atq; item aliorū literis inuitatus, huc pertrahi nō potuisti. **IO.** Immo hac ip̄a causa adsum. **MAR.** Vt cūq; sit, gaudeo te festiuissimū sodalem nobis redditum. **Et** hic aduētus tuus, non mihi solum, sed om̄ibus qui te norunt, optatus est. **Sed** em̄ aperias oro, quid nā sit illud, quod te tandem huc allegerit. **IO.** Vis scire? **MAR.** Volo. **IO.** audies. **Quum** primū puber factus, grauiori paulo cura præceptorē scriptores Latinos prælegentē audire cœpissem, subinde græculæ aliquot voces nobis occurrebant. **Quo** loco, præceptor suo munere egregie se putabat perfungi, quoties obiter tantū admoneret, esse ea græca. perinde ac si pegrina ad nos nihil attinerent. **Hic** quid alijs audientibus in mentem venerit nescio, equidem sic cogitabā. **Si** ad nos hæc non pertinent, vt nec cognita doctū, nec incognita imperitū reddāt, cur non ex libris, tanq̄ offendicula quædā, penitus eradicimus? **Deinde** mirabar veterū scriptorum pene omniū curiositatem, qui nō solum magna cura peregrinas istas nugas didicissent, sed & libris suis velut maculas quasdam inspersissent. **Postremo**, quanq̄ a præceptore libere dissentire erat religio, tamen cū audirem esse viros graues multos, qui

Althoe ab

pe. coz. arle. ai. alle. md. de. ad. et. h. ad. pr. ar. na. q. p. n. i. e. m. p. r. et. al. l. i. n. o. r. e. s. u. l. l. i. q. u. i. n. i. c. a. p. e. m. p. r. o. p. i. n. s. d. i. n. i. t. i. n. g. a. r. a. n. e. q. u. i. n. i. t. i. n. g. a. r. a. n. e.

Religio amphi

q. u. i. a. l. i. q. u. o. p. r. o. m. e. m. t. a. n. e. q. u. o. e. m. p. r. o. p. i. n. s. et. r. e. l. i. g. i. o. v. i. n. g. u. l. i. q. u. o. d. n. i. m. d. i. g. n. o. p. u. n. d. i. t. e. r. e. s. e. q. u. e. t. q. u. i. a. l. o. q. u. i. v. e. l. i. g. e. n. i. u. s. r. e. l. i. g. i. o. n. e. m. e. r. i. t. v. e. l. s. o. l. l. i. q. u. i. d. e. s. p. a. r. t. i. t. u. d. e. s. r. e. l. i. g. i. o. s. i. i. n. f. a. n. e. s. v. e. l. i. n. f. a. n. s. i. d. i. t. i. s. u. n. t. q. u. e. t. a. n. i. q. u. i. s. d. i. c. i. t. u. r. m. e. r. i. t. a. n. o. e. t. r. a. p. t. e. r. e. l. i. g. i. o. e. s. t. n. e. p. o. s. s. i. b. i. l. e.

DIALOGVS.V.

has, sicuti tum putabatur, nugas amplecterentur, profiterenturque paulatim circumspicere coepi, vtrum credere mallet, magistrum ne meum potius ignorantia labi, an totam semel antiquitatem, & ex recentioribus optimos quosque pueriliter delirare. Itaque sic mihi inter hoc fluctuanti, & in quam partem inclinarem haesitanti, forte fortuna cecidit, ut Marci Tullii Ciceronis libros de officiis enarrandos praceptor susciperet, in cuius lectionis ingressu, statim in ipsa praefatione grauissimus ille, & philosophus, & orator, vnico suo filio suadet, ut Graeca cum latinis coniungat, quo par sit in vtriusque orationis facultate. hoc vbi praepatore dissimulate mihi arripuissem, grauitate dolere coepi, negatam nobis occasionem eas literas discendi, quarum studium si essent inutiles, nec laudaret Consul Romanus, nec filio vnico iuingeret prudentissimus pater.

MAR, iam video quo tendas. IO, Mane, nondum omnia habes. Cum haec subiratus mecum agitarem, ecce rumor apud nos increbrescit, in hanc laudatissimam academiam principis munificentia accersitos, qui publice graecas literas doceant. Et ex eorum velut fontibus, non nihil quoque in ludum literarium deriuari. Haec fama, partim literis, partim commentibus confirmata, illinc me vtriusque eruditionis cupidum, exciuit, & huc appulit. Habes cur aduenerim. Nimirum, ut in hoc vestro ludo, & graecae linguae elementa saltim liceat percipere.

MAR, Dubio procul voti composeris, neque aliquo alio feliciter te conferre potuisses. adeo hic omnia nobis sunt comos

B

DIALOGVS. VI.

da. Deniq; quod peculiariter ad rē pertinet, ludus, si quis q̄
a libi, instructissimus. IO, Sed quando satis fabulati sumus,
hanc operā non negabis/ opinor, vt me ad ludi moderatorē
deducas. Siquidem, iam statim nomen meum in hanc literas
riam militiam dare sum paratus. MAR, Faciam ac lubens,
tu me sequere.

DIALOGVS SEXTVS, de recipiendis in disciplinam
scholasticis.

MAR, LV DIMA, IO.

N tibi præceptor optime, adduco hic quendam, cum
quo iam annos aliquot mihi fuit familiaritas, hominē
bonū & studiosum. Is tui ludi fama excitus, huc appulit. Qua-
re magnæ foelicitatis loco ducet, si se in tuorū gregem reci-
pere dignatus fueris. LV DI, Adolescēs bone, quod tibi est
nomen? IO, Est mihi nomen Ioannes. LV DI, Faustū plas-
ne nomen es fortitus, quippe hoc hebræis a gratia dicitur.
Quamobrē, summa ope tibi est enitendū, vt tam gratiosi no-
minis expectationi pro tua virili respondeas. IO, Equidē
p viribus sedulo dabo operā, teq; in hoc mihi adiutorē fore
spero. LV DI, Sed & ipsa corporis tui facies animū subesse
ostēdit, qui, neq; a literis, neq; virtutib; abhorreat. Adeo, vt
si fortiter egeris, & de te dici demū possit illud. Grator est
pulchro veniense corpore virtus. Quo libentius te in meā
disciplinā recipio, si mō das fidem, te boni discipuli officio
apud me functurum. IO, Do fidem, me in omnibus quod
rectum erit, quodq; tu iusseris, facturum. LV DI, Ita spero

DIALOGVS. VII.

quidē. Sed quæ tibi est patria? vt in rationarium hoc quo
q̄ adscribā. IO, Patria mihi est Auba, oppidum Franciæ
oriētalis, nō procul ab Herbipoli celebri sacerdotum sede,
situm. LVDI, Sat habeo, quod superest, curabitur tibi pro
tua sorte cōmoditateq̄ domiciliū. Actū quidem in eo sic te
gere, ne aliqua macula hinc in nostram scholam redundet.
IO, Quod ad hanc rem attinet, securus esto optime præcep
tor. Nam, vt inquilinū decet, modestissime agam. Nūquid
aliud mihi vis iniūgere? LVDI, Nihil, nam si quid superest
tibi præstandū, quotidie inter prælegendū a nobis dicitur.

DIALO. VII. de domicilio cōmodo, atq̄ incommodo, deq̄
paupertate ac opulencia scholasticorum.

IOSEPHVS ET CLEANTES,

Vid agitur mi Cleantes? Contigit ne tibi cōmoda ha
bitandi ratio, aut adhuc incertis sedibus oberras?
CLE, Contigit quidem habitaculum, sed eius commodi
tas tanta non est, quantam fore speraui. Siquidem spes erat
fore, vt ciuis alicuius beneficio, vna cum domicilio, & victū
qualemcūq̄ nanciscerer. Verum multo aliter euenit. Nam
vix impetrare potui, vt pro locario statuto mihi angu
lus in ludo locaretur. victum vero, quando pecuniæ est
parum, hostiatim emendicari oportebit. Nisi forte melior
mihi fortuna posthac obuenerit. Tu autem fœlix es mi Iose
phe, cui parentes tantum sumptuum suppeditare suffi
ciunt, quantum ad studiorum commoditatem est satis.
IOSE, Est: dijs gratia: vnde hæc commoda mihi parem.

B ij

DIALOGVS.VII.

Sed quo plura mihi sunt ad disciplinas parandas commoda, eo ipso grauiori dignus essem odio, si nō plus q̄ uestrū quispiam didicero. Attamen nec vos de mediocri studiorū uestrorum profectu, desperare decet. Quandoquidē cōstat, multos humili natos loco, ad hęc nullis omnīo fortunæ dotibus adiutos, ad eruditionis fastigiū ascendisse. An nō Democritus ille physicus ex baiulo factus est philosophus? Nō Cleantes, cuius tu nomē refers, aquis noctu hauriēdis, diurnum victum sibi quęsiuit? & quem Stoicum hic nō æquauit? Sed & Plautus inter ipsos pistrinæ molestos labores, laudatissimas illas Comoedias conscripsit. CLE, His & eiusmodi alijs exēplis animatus, in studiis perseuero. Alioqui, me iā pridem ad manuariū aliquod artificium transtulisset. Quāq̄ sunt mei ordinis pleriq̄ ^{et multi} adolescētes, in ludis magis putrescentes q̄ ^{et} studentes, adeo ^{et} foelici ingenio, vt ad nullas literas sint ^{et} apppositi. Hi mihi nulli alijs vsui esse videntur in ciuitatibus, q̄ quod alios mendicos, dū eis panem præripiūt, ex vrbibus pellunt. ^{et} is ego consulerem, vt se ad aliquod aliud studium applicarent. IOSE, Probe dicis mi Cleantes. Nam, si omnes eiusmodi essent ingenio præditi quali tu, fouendos modis om̄ibus putarē. Certe, quod ad te attinet, spero prope diem tibi meliorem fore conditionē. Nempe, vt apud ciuem quempiā, cui nōnunq̄ inseruias, omnē studiorū cōmoditatem sis habiturus. CLE. Vtinam deus ita faxit. IOSE, Faxit, ne dubita, & in hoc mea cōmendatione iuuabere.

DIALOGVS. VIII.

ANDREAS AC PHILIPPVS, de vīdemia & aucupio
loquuntur.

Tinam mi Philippe iam domi apud parentes, agere
mus? PHI, Quid ita? AN, Rogas? imminet iam vīn-
demiaē tempus, quo nullū toto anno nostratibus accidit læ-
tius. PHI, Quid ego audio? tu ne simul vinitorem vis age-
re, & literarū cultorem? AN, Animi causa racemos decers-
peremus, degustaremus e lacu mustum. Neq; enim diutius
abesse optarem, quam mustū in dolia conditū deuerbūisset
despumassetq;. Ad hæc decoquere mus sapā, de frutū, ac vini
veteris fecē. quid? q; nobis liceret, & aucupio voluptatē quæ-
rere. siquidem volucres captarem?, iā retibus explicatis, iā
pedicis fixis. Nonnunq; vero & viminibus visco illitis.
PHI, Sine, parentes harū rerum curam gerant, tu si sapi-
in literis te oblecta. AN, Atqui audiui magnos viros in ei-
usmodi rusticis rebus oblectationē quæsiuisse. PHI, Recte,
quando magnis viris hæc sunt permittenda, nobis vero, qui
nondum vltra primas literas progressi sumus, non itidem.
AN, Semper tu quidem meis affectibus obstrepis, non mi-
nus q; præceptor. PHI, Quod ad me attinet, age age vt lue-
bet, me certe nō habebis huius tuæ stulticiæ comitem.

DIALOGVS. IX. de authoribus proximo semestri in
schola prælegendis.

THOMAS ET HIERONYMVS.

Vid est q; illac venis Hieronyme, aut vbi fuisti? HIE,
Redeo a præceptore eo, qui a ludimagistro primas te

B iij

DIALOGVS. IX.

net. THO, Age quid is narrat de authoribus hoc semestri
 prælegēdis. lam em̄ sicut opinor, ^{author} eorū delectum habuerūt.
 HIE, Habuerūt, idq; sicuti dici audio, prudēter. Nam præ
 ter vtriusq; linguæ rudimēta, ^{ex Fabij præscripto} ex Fabij præscripto coniun
 ctim tradēda, primū Terentianas Comoedias exponendas
 susceperūt, q; hic scriptor ex latinis pene solus, ^{Romani ser} Romani ser
 monis natiuā & genuinā proprietatē retineat, adeo, vt nec
 Marcū Tulliū oratorū principem puduerit, ad huius exem
 plum orationes suas formare. Deinde Marci Tullij officia,
 quod is liber, non linguā solū eloquētia poliat, sed & pectus
^{rectis moribus} rectis moribus instruat, vnde & Plinij iudicio, nō legendus,
 sed ad verbū sit ediscēdus. Postremo aliquot Virgiliani poe
 matis libri exponentur. Nempe, vt Augustini iudicio, opti
 mus poeta teneris animis infixus, in omnē vsq; vitā hereat.
 Ad hæc, quādo parū est æquū Christianos in gentiliū libris
 esse totos, eis diebus, quib; ferias agimus, elegantissimos si
 mul & grauissimos hymnos Aurelij Prudentij grauis &
 sancti viri audiemus. aut si hi displiceant, Enchiridion mili
 tis Christiani, ab Erasmo Roterodamo accuratissime elab
 oratū. Quæ si (vt spero) & pro suo officio explicarint ac
 curate præceptores, & nos pari diligentia exceperimus, nō
 opinor, male hoc semestre nobis fore collocatum. THO,
 Non iniuria hunc laudant delectū mi Hieronyme. Neq; em̄
 vnq; eorū mihi placuit institutū, qui his & id gen; alijs opti
 mis scriptorib; posthabitis, in Apuleio, Capella, & eius fas
 rinæ authoribus cæteris, bonas horas male collocant. qui

DIALOGVS.X.

scriptores Ciceroniana eloquentia nō contenti, sibi solis no-
uam dicendi rationē inuenerūt. Quasi nō summū sit oratio-
nis viciū, a cōmuni dicēdi consuetudine abhorrere. Nā qui
citra delectū Catullos, Tibullos, Martiales & huiusmōi enar-
rant, & per hoc discipulos peregrina & p̄digiosa docent vici-
cia, ei mihi nō verbis, sed verberib⁹ coercendi videntur. Hi
em̄ sunt illi poetæ, quos solos e republica sua pellendos stas-
tuit Plato. Atq; hæc nō ex me dico, sed quod sic cēsentes aus-
diuerim doctissimos pariter, & integerrimos viros. HIE,
Recte ergo facit ludī nostri magister, qui eiusmodi nihil in
scholā suam irrepere finit. sed ego iā recta hinc in bibliopo-
lium concedā, libros, de quibus dixi, coempturus. THO,
Nostin quanti hæc simul emi possim. HIE, Haud dū licit⁹
sum, opinor aureo nūmo, siquidē audio indicari argenteis
vigintiquatuor. THO, Bene habet, q̄ nō pluris venduntur,
Alioqui, quæ mea est egestas, coemere nō suffecissem. HIE,
Eamus ergo. TEO, Quādo vis, in me non est mora.

DIALOGVS DECIMVS, complectens formulas loquē-
di de ferijs,

STEPHANVS LAVRENTIVS.

Vem aiunt hodie apud populū in tēplo nostro concio-
naturū mi Laurenti? LAV, audio quēpiā e monachis
in suggestū pditurū. STE, Miror, nō insignē aliquē theolo-
gū ei negotio adhiberi. Maxime, cū ingēs hoīm turba hodie
in hāc edē cōfluat. Prop̄tea, q̄ sacrific⁹ qdā. nup in sacerdotū
ordinē assūpt⁹, p̄mū sacra faciet. LAV, Et mihi mix̄ videt̄,

*Hic deficit Dia-
logus De de-
genda p̄lectione, de edif-
cenda, deq; enotandis
ex authoribus loquēdi
forum his.*

DIALOGVS.XI.

Quāq̄ qđ ad me attinet, vellē contio q̄ breuissima habereť. Eteñ iam nunc vehementer esurio, biduano iam pene ieiunio maceratus. Nam hīs dieb², quibus a carnib² abstinetur, nunq̄ ab eo recte saturus. STE, Duas adhuc horas edendi auiditas tibi est reprimēda. siquidē prāter contionem, quæ horā poscit, scis quantū temporis in summo sacrificio choraula sibi sumat, quē etiam pene superant hæ nostræ cātiones supra modū prolixæ. LAV, Male sit istis, qui harū rerū nobis sunt authores. Ipse certe statim vbi peractum fuerit sacrum, ad diuitū ostia citato adeo cursu contendā, vt si nō in primis, secundis saltem & tertijs, stipem accipiam. STE, Sed me vix anteuertes. LAV, Res ipsa indicabit.

DIALOGVS.XI.

CLEMENS ET REMIGIVS, de die a ferijs secundo, quem Martis vocant, confabulantur.

V Enobis mi Remigt, vltra præscriptum dormiuimus. Iā em̄ sol vndiq̄ plena luce resplēdet, vt septimæ horæ signū datum liceat cōiscere. RE, Nō opinor, Coelū alioquī prāter morem est serenū. Etiam si alias hoc die somnolētiae meæ pœnas nō raro dedi. CLE, Vt cūq̄ sit, male metuo mihi a ferula, quare occasionē aliquā, qua hodie e scholis emanere liceat, quærā. RE, Quam eā? CLE, Scis quid a nobis heri contēderit hera nostra. CLE, Scio. Nempe vt familiā hauriendis aquis inuenimus. Sed quid tum? REMI, Hæc erit rima satis idonea, per quam elabamur. Quamobrem tuum erit, vbi octauæ signum auditum fuerit, quasi e medijs

DIALOGVS.XI.

laboribus in ludū ingredi, atq; a præceptorib' emanendī cō-
piam poscere, hac ip̄a: quā dixi: causa assignata. CLE, Vere
or vt procedat cōmentum. Quandoquidem hoc die, quo fu-
nus magnificū est deducendū, & defuncti manib, parentan-
dum. vix facultatem hanc dabit. Et alioqui pauci iā adsunt,
qui pompam instruant. RE, Tentandū est, vtcunq; res ex-
eat. Ac nescio, quomodo hac die mihi semper inuisum est
scholas adire. Non minus, q̄ si in pistrinū aliquod mihi sit
redeundum. Credo, q̄ pridiani ocij sensus adhuc reliquus,
sic reluctantem faciat.

DIALOGVS.XII.

BVRCHARDVS ET ALBINVS, De nuptijs, Balneis,
ac viscerationibus.

Vptias hodie futuras aiunt Albine, tu quippiā ea de
re audisti? ALBI, Audiui. BVR, Danda est opera, vt
& nos e nuptialibus cibis aliquid acquiramus. AL, Quod
ad cibū attinet hodie nihil moror. Heri em̄ mihi prospexi,
vnde hunc diem cōmode liceat transigere. Sed quod a pran-
dio saltationē in theatro spectare nō possum, hoc vero est,
quod me male habet. BVR, At quid vetat quo minus spe-
ctes? AL, Ignoras forsan, in hunc diem nobis p̄ij cuiuspiam
beneficio balneas gratuito cōdictas, a quibus abesse saltatio-
nis spectandæ studio, an tu putas fore consultum? BVR,
Vide, nisi submonuisses, egregie fuissem oblitus. Neq; ves-
tisset in mentem viscerationis, quæ & ipsa in hodiernū diē
est constituta. Valeant nuptiæ cū sponso ac sponsa. nos quæ

DIALOGVS.XIII.

propius ad nos pertinent, curemus.

DIALOGVS.XIII.

SIXTVS ET ALEXANDER, de ingenij præstantia contendunt.

Oelix tu quidem es mi Alexander, cui ingenium tam foecundum, tamq̃ perspicax contigit. ALEX, Est nobis Christo deo gratia, nō omnino infœlix. Sed tamen non tantū, q̃ forsan tibi videtur. Fit em̃ nescio quomodo, vt nostri nosmet pœniteat, aliena fere suspiciamus. SIX, Et tu, quantum audio, aliquid insuper desyderas. ALEX, Quid ni? quando memoriam mihi sentio omnino fluxam & parum tenacem. Nam, vt facile quæ tradūtur percipio, ita nō sine maximo negotio percepta retineo. SIX, At ego difficulter intelligo, verū semel intellecta diutissime referuo. Et: vt video: tibi cæreum est ingenium, mihi vero saxeam. Cæræ quid vis facile impresseris. At impressum vestigium statim euanescit. Saxo, tametsi quid non sine labore insculpitur, semel tamen insculptum, multis seculis durat. ALEX, Recte plane confers. Sed hoc me male habet, q̃ videas plærosq̃ ingenio numeris omnibus foelicissimo præditos, at vicissim morib⁹ adeo turpibus, vt nō inepte dixeris, eorum ingenia male habitare. SIX, Credo dicterium hoc vetus esse. Et olim de Galba, hoīe ad prodigiū vsq̃ deformi, dictū. Sic em̃ audire cōmemini. ALEX, Probe. Sed nec ipse opinor inepte huc detorsi.

DIALOGVS. XIII.

SERVIVS ET SVLPITIVS, de signo tintinnabulorum,
deq; immodico somno.

Vin surgis Sulpiti. Iam tintinnabula vltimū dilucula-
ris sacrificij signū dederunt. Et nō ignoras, quanto ho-
minū frequentia hoc sacrum peragatur, vt flagitium plane
sit, nos in tempore nō adesse. SVL, Iam iā surgam. Tametsi
caput adhuc sopore graue sentio. Vtinā liceret ad satiētā
vsq; dormire. Imitarer certe hodie Horatianos illos iuue-
nes, quibus pulchrū videtur in medios dormire dies. SER,
At ego te diutius nō opperor, ne hęc mora mihi plagas lu-
crifaciat. Ego hinc abeo, tu quādo lubet sequere, aut tuo pe-
riculo dormi. SVL, Iam iam te comitabor. ne festina tan-
topere. SER, Nihil moror, nunc non est nugandi locus. A
prandio vero, vbi pro more nobis a studijs remissio data
fuerit, nugabimur.

DIALOGVS. XV.

HENRICVS ET FRIDERICVS de ludēdi rōne agunt.

V nobiscum pila ludes Friderice? an cum istis cursu
mauis certare? FRI, Mallem cū vno & altero iucundo
sodali deambulatū ire. HEN, Quin tu ante paulisper pila
colludis. Postea & nos vna tecū deambulabimus. FRI, At
ego huiusce ludi non admodum sum peritus. Nam nec cau-
te pilā mittere, nec missam manu satis certa excipere sufficio
HEN, Nihil est, q; hac grā sis sollicitus. Ipā rei exercitatio te
satis, qd facto opus sit, admonebit. Quod si hīc mōis omib. ab-
horres, age ludū mīoris negocij. nēpe globularē incipiam?

DIALOGVS.XVI.

FRI, Quādo ita vultis nō recuso, tametsi præter risum spectantium nihil me lucraturū scio. Siquidem, vbi decies aber raro, vix semel tandē ferio: idq; casu magis quā arte. **HEN,** Nō magni refert in hoc certamie, vincas an vincaris. Neq; enim caput agitur, aut pro pecunia certatur.

DIALOGVS.XVI.

IULIANVS ET DAMIANVS, de quæstionibus commissorum, quæ die Veneris in ludis exercentur.

O noster Damiane, adest rursus dies, quem ego non minus nobis nefastum & execrandū puto, q̄ olim Romani illum, quo in Cannēsi pugna tot Romanorum millia ab Hannibale sunt trucidata. **DĀ,** Quid ita? Num mali aliquid huic scholæ ex hoc die impendet? **IV,** Et tu nescis, præfertim tot annos in ludis versatus? **DĀ,** Qui scire possum scholæ huius cōsuetudinem, nuper admodū huc profectus. **IV,** Quæstiones hodie fiunt in ludo non aliter, q̄ quadā carnificina? **DĀ,** Quid narras? **IV,** Vera quidem. Nam de singulis quæ per totum septimanæ cursum quoquo modo cōmisimus, hodie quisq; pro se pœnas dare cogimur. **DĀ,** At qui scire possunt præceptores, quæ singuli nos designemus. **IV,** Arte quadam omnia expiscantur, vt nihil illis occultū esse possit. **DĀ,** Quid ita? Num diuinationū sunt periti? **IV,** Minime, Sed alia via eodem perueniunt. Nam aliquot clanculū in hoc selectis prouinciā dant, nos suos commilitones deferendi prodēdiq; vt nusq; quicq; omnino tuto agere queamus. Semper enim verendū, ne quispiam ex eiusmodi

DIALOGVS. XVI.

coryceis nos auscultet, & lupus sit in fabula • hoc est, ille ipse nobis ignorantibus adsit, qui quasi conducticius proditor omnia ad præceptorē deferat. DA, Hoc illud forsā est, quod lupum audio appellari. Nam nomen solum in ea schola ubi ante egi iactabatur. IV, Is ipse est ille clanculari⁹ lupus, quē nos miselli nō minus odiosum habemus, q̄ feram illam quadrupedem horrent oues. DA. Vereor ne & nos hodie deferat. Quamobrē cogitandū mihi est, vt si forsā reus fuero, vel me expurgem, vel quam minima pœna defungar.

DIALOGVS. XVII.

PETRVS ET PAVLVS grauitē ferunt desyderiū feriarum, deq; capite lauando agunt.

Vā vellem hunc diē abijisse, vt a tot totius septimanæ laboribus, ac etiā bidui fame, ad ferias demū & carnes liceat redire. PAV, Impatiens es moræ mi Petre, qui, cū totam pene septimanā expectaris, diē dimidiatum durare non potes. quid autem facies, vbi totis quadraginta diebus a carnibus est abstinendū? PE, Recte quidē obiurgas. Sed nescio quomodo, quanto viciniore sunt feriæ, tanto magis earum me premit desyderiū. Sed nunquid aliud dicere vis? Nam ego hinc me in tonstrinam conferā, caput lotionē curaturus. PAV, Et ipse lauandū caput exhiberem, si lotionis mercedem tonsori persoluere possem. Nunc autē tantū habeo nummum. PE, Sat est, nec ipse pluri lauo. Tametsi raro hos facio sumptus. Nam per anni currículū, vis sexies lauo. PAV, At sæpe caput a sordibus repurgares. Aiunt em̄

C

DIALOGVS. XIX.

corporis emūdatiōe, & ingeniū nitidius quasiq; purgatius reddi. PE, Sic quidem fertur, idq; propterea, q; sciētiarum sedem in capite, vtpote rationis domicilio collocāt. Quare otius eamus. PAV, Quando lubet.

DIALO. XVIII, de canticis, deq; ferijs diui Martini,
GAEORGIVS ET CONRADVS.

Ge mi Conrade, quo cantico per hunc hyemem stipē colligemus? Erenim in hac vrbe mos est, vt scholasticis aliquot coniunctim, compositis in hoc cātilenis, diuitum conuiuia exhilarent. CON, Tuū hoc fuerit disquirere, qui rei Musicae peritiam habes, quiq; huius scholae melius q̄ ego tenes. GEOR, Quādo in me hanc curā reijcis, aliquid minime vulgare dispiciam. Sed die ab hinc octauo, quid fieri solet nosti? CON, Dic quid? GEOR, Erunt tum feriae praecidanae diui Martini. CON, Quid tum? GEOR, Est tunc messis nobis scholasticis vberrima. Siquidem in eius diei vespera, non esculenta solum nobis largius solito dantur, sed & stipem egenis dari hostiatim est receptū. CON, Bene mecum agetur. Quandoquidem corrasurum me spero, quo hyemem cōmodius transigere valeam. GEOR, Ita spero quidem. Quare ad tempus vt praesto sis, vide.

DIALOGVS. XIX. de ieiunij violata religione, deq; diuae Catharinae studiorum praesidis Numine.

MARTINVS ET VALERIVS,

Vid agis omniū impurissime? VA, Quid adeo in me stomacharis, qui aliud facio nihil, q̄ q; ientaculum ca

DIALOGVS.XX.

pio? An tu ientaculum perinde ducis ac piaculum? MAR, Quasi non fat graue sit piaculum in homine Christiano, ieiunij religionem violare. VA, Et hodie est indictum ieiunium? dic quo nomine. MAR, Scelestes, nescis quas ferias beatę Catharinę artium præsidis agendas. VA, At non putaram præcidanias has ferias, ex ecclesię instituto sacras. MAR, Quid tum? consuetudo recepta est pro lege. Et vt nulla sit consuetudo, nobis tamen qui literas sectamur, quibus hæc virgo præsidet, hic dies ieiunio religiosissimo fuerat colendus. VA, Ieiunabo ergo deinceps, vel hoc sumpto ientaculo. Neque enim lautum spero prandium, & vt vulgo dici audio, bis interdium male pasci, pro ieiunio est. Tametsi vt tibi me aperiam, hæcenus Christum verū sapientię præsidem putavi, vt qui sapientię nomine subinde in ecclesiasticis contionibus celebretur. MAR, Noua quædam inducere conaris. At ego communi omnium via ingredi malo. VA, Non audisti illud Pythagorę, per publicam viam ne ambules? MAR, Molestus es, tu tuum, ego meū iter ingrediar.

DIALOGVS.XX.

HIPPOLITVS ET CLETVS de frigoris iniuria queruntur.

O quæ sunt foelices, quibus per opes iam licet domi ad caminum aut calefactum hybernaculū adsidere, CLETVS. Ediuerso quæ nos infœlices, qui miseri nullis pellibus, immo nullis pene vestibus, aduersum frigoris iniuriã

C ij

DIALOGVS. XXI.

armati per medios hymbres, niues, & glaciē hostiatim quærere victum cogimur. Sed solatur me illud Flacci.

Qui cupit optatam cursu contingere metam,

Multa tulit, fœcitq; puer, sudauit & alfit,

Abstiniuit Venere & Baccho qui Pythia cantat.

Alioqui, si similis esset exitus illorū & noster, non esset cur nō iniuriū deū dicerem • qui tam inique res humanas administraret. HIP, Quin races, ne quid ferocius in deū effutias.

DIALOGVS. XXI.

LVCANVS ET STATVS, de ferijs diui Nicolai, deq; creando Episcopo.

Vid tu nobis adfers noui mi Stati? LVCA, Nihil. Sed in hoc te cōuenio, vt de cōmunibus studijs fabulemur.

STA, Gratus ergo mihi tuus est aduentus. Adside huc nobis.

LVCA, En adsideo, Scis quid his in diui Nicolai ferijs apud nostrates fieri soleat?

STA, Qui ipse possem scire, cū illic fuerim nunq̄.

LVCA, Dicam ergo paucis, qui ludum illic literariū frequentant, ex ludimagistri præscripto quēpiam e suo grege Episcopū creant, eumq; magna pompa domum deducunt, & statō tempore in templū reducūt.

STA, Quid cōmodi inde capit nouus ille & facticius Episcopus?

LVCA, Nescio, nisi quod conuiuio tandem, nescio cuius sumptu instructo excipitur, & nū lautissime tractat.

STA. Non & interim dum in magistratu, vacationem a discendi munere habet, aut æque ac cæteri manum ferulæ subdit?

LVCA, Aequè omnino, adeo, vt nō magis sit episcopus, q̄

DIALOGVS. XXII.

sunt hi reges, qui in tragediis, Agamēnonis, aut Priami p̄so
na gerunt. STA, Eiusmodi honorē mihi ne optarē quidē.

DIALOGVS. XXII.

IACOBVS ET THOMAS, de varijs spectaculis collo
quuntur.

Vid cras sit futurū audisti? THO, Nihil equidē, nisi
quæ alias fieri consueuerunt. IACO, De spectaculis
nihil? THO, Nihil plane, Nū edentur aliqua? IACO, Eden
tur, & quidem varia. Nam funambulos duos adesse audio,
qui cras sui artificij miraculum ostentabūt. Tum Sarmatas
aliquot ipse, qui immanes vrsos ad exiguā stipem iuxta li
tuorum cantus saltitantes exhibebūt. THO, Curabo quos
quomodo, vt & ipse intersim, etiā si me ipse intrudere debeā.
IA, Vix poteris. Quandoquidē qui nō numerāt, foras qua
tiuntur. THO, Fallā ipsos ianitores. IA, Adhæc princeps
ipse in foro paria aliquot equitū exhibebit, qui inter sese in
festis hastis concurrent. Post quos circū ingredientur, item
equites a calce ad verticem vsq; armati, quos cataphrattos
vocant. Hi cateruatim sine vllō, aut ordine, aut arte alius in
alium irruent, et se mutuis ictibus ab equis deſcient. Nam
in hoc circus vndiq; est circūseptus, & ne qui ceciderint gra
uius lædatur, fimo instratus. THO, Quā quæso te volupta
tem, ex tam furioso & minime iucūdo certamine capiūt isti?
IA, Quid? nullas nō lauticias præ hac voluptate cōtemnūt.
Præterq; q̄ hoc tyrocinio ad serios hostiū cōgressus præ
parantur, & quasi animantur. THO, Vtcunq; sit, spectabo
C iij

DIALOGVS. XXIII.

& ipse, quo modo resagatur.

DIALOGVS. XXIII, de ieiuniorum ratione differunt,
CONRADVS ET EGIDIVS.

Alē sit istis, nescio quibus, qui totū pene annum ieiunijis onerarunt. Neq̄ enim satis fuit eis, quadraginta dies perpetuo Christi ieiunio esse sacros, nisi insuper quarta quaq̄ anni parte, aliquot dies nos macerassent. Instat rursus septimana per abstinentiam transigenda. Quod si mihi tanto apparatu prandiū apponeretur, quanto illis, qui ieiunia hęc induxerūt, non admodū grauatim eis parerē, nunc cum vix toto anno semel rugientem stomachū exaciem, adhuc ieiunijis vexor. EGI, quid ita stomacharis mi Conrade in sanctos ecclesie patres, qui hęc omnia bono animo statuerūt, nō nobis, qui hęc, nec præstare per ætatē adigimur, nec per inopiā possumus, sed sui similibus, hoc est, diuitib⁹ istis & delicatis. CON, Qui scis hęc? EGI, Superiori anno e quosdā concionatore audiui, q̄ diuo Hieronymo: quāq̄ acerrimo ieiuniorū exactori: displicere aiebat, maxime in teneris ætatibus, lōga & immoderata ieiunia. Ne, quēadmodū ip̄e scriberet, ante pedes deficiāt, q̄ currere incipiāt. Quare tm̄ ieiuniorū modū imponendū, quantū ferre poterim⁹. EGI, Habeo gratiam diuo Hieronymo, qui pauper culis nobis, & impatienter esurientibus patrocinator.

DIALOGVS. XXIII.

PENIVS ET FRANCISCVS, de ferijs natalicijis Christi confabulantur.

DIALOGVS. XXIII.

T gaudeo, & doleo mi Frācisce, festa hæc natalicia appetere. Gaudeo quidē, quod hæ feriæ omnia læta & festiua secū apportant. Doleo autem, quod scholasticis nobis in addiscēdis horū festorum cātionibus, grandis est exhauriendus labor. Præterea totis diebus in templis algendū. Postremo & illud vereor, ne si matutina sacra alto nimis sopore detentus neglexero, & plagas mihi lucrifaciam. **FRAN,** Vera sunt hæc quæ dicis. Attamen quando hæc conditionē accepimus, aduigilādū nobis erit, & omnia fortiter perferenda. Nam & peiora his passi sumus. Dabit deus his quoque finem. Vt taceā hos nostros labores, in pietatis cultū cedere. Certe plus satis delicati essemus, si non tantum molestiæ vel pro solo Christo deuoraremus: cuius respectu, tot infantium innocens ætas, crudeles barbarorū militum gladios est perpeffa. Cuius rei memoria, & his ferijs coniuncta est. **FRAN,** Sed illud quæso quid sibi vult, quod sacrificuli in diuī Ioannis ferijs, popularibus vinū e sacratio calice propinant? **PENI,** Nescio equidem, nisi quod audiui hoc poculū, ut pote sacrū, antidoti vice esse cōtra veneni pericula. **FRAN.** At ego nolim hac fiducia cicutam bibere, quantumuis sit hoc poculum, ut dicis, sacrum.

DIALOGVS. XXV.

BRVTVS ET PETRVCIVS, de noui anni ingressu loquuntur, deque missitandis strenulis.

Austum annum hunc nouum & foelicem tibi precor mi Petrucci. **PE.** Et ego, ut cum foenore tibi reponā,

DIALOGVS. XXV.

non hunc solum, qui iam ingreditur, sed omnia totius vitæ tempora, beata tibi opto. Tametsi malletm strenulā mihi potius dares, q̄ magnificam illam & solennē imprecationem. BRV, At quas strenas dare possit Petrucci⁹, qui præter paucos libellos habet plane nihil? BRV, Libellū quempiam dares. Quando belle quadrat, vt homo literis deditus, literarium quoq; det munusculū. PE, Verū, hac liberalitate studiorum meorū iacturā facerem, quod nec ipse, si modo amicus es, nobis suadebis. BRV, Iocabar tecum, & te, quid animi haberes, volebam pertentare. cū has consuetudines, nec ipse magnificiā vt qui iam sæpe audiuerim, eas nobis e gentilitate relictas. Cuius generis esse audio, quod in quibusdam christiani orbis regionibus, pridie feriarū, quæ tribus magis sunt sacræ, singulę domus singulos reges creant. Nā hæc omnia ex Ethnicorū Saturnalibus, in hæc vsq; tempora defluxisse apparet. PE, Quia trium magorū mentionē fecisti, veli sicubi, aut audieris, aut legeris, ipse mihi expedias. primū, quid sibi velit, quod eos diuos, alij reges, alij magos appellant. Q, posterius ego de solis maleficis, & præstigiatoribus dici putabam. Nam vtrunq; vt nosti: in sacris canim⁹ deinde, cur hæ feriæ græco vocabulo $\epsilon\pi\phi\alpha\nu\iota\alpha$ nunciatur. BRV, dicā quę sup hac re, partim ex præceptore dictate, partim cōtionatore superiori āno excepi. Principio magorū appellatiōe Chaldæi, nō, vt vulgus putat, præstigiatores, sed viros sapientes nuncupant, & secretorū naturæ con

DIALOGVS. XXVI.

scios. Quorū professio a quibusdā etiā latinis Magia naturalis dicitur, sed quia hæc res finibus suis nō contenta, temporis progressu in curiosam quandā dæmonū imposturā est delapsa, cœpit honestissimæ artis vocabulum probro esse. Quod autē ijdem hi reges in psalmi pphetia dicuntur, non sic est accipiendū, vt hodie sunt reges, hoc est tot ditionum potentes, Sed qui quoq; mō magistratū gerunt, suntque numero vulgi exempti. Quo mō & Hesiodus corruptos iudices & aduocatos βασιλεως δωροφασοις appellat. Porro apud veteres theologos grecos, vt Gregoriū Nazianzenū audio ipsa natalitia festa επιφανια dici cōsueuisse, quod in his deus homo apparuerit. Verū quod & magorū ferias hoc vocabulo celebrant, hinc opinor esse, quod illis dux stella apparuerit. Habes quæ ego de hac quæstione audiui. Plura si vis ex doctioribus require.

DIALOGVS. XXVI.

VALERIVS ET NICOLAVS, de cæreis in ferijs beatæ virginis gestandis agunt.

Vid tu cæreū nō habes mi Nicolae? NICO, Vnde habebrem, qui nec pecuniā qua victum emere possim, habeo? Sed si domi apud meos agerē, nugas eiusmodi mihi pararet mater. VA, Et tu nugas vocare audes res sacras? NICO, quid ni? neq; em̄ statim fuero hæreticus, etiā si nullum gestā cæreum. Maxime, cū nō sit vnde emam. Tum & Chroputarem longe fore gratius, si sumptus, quos cæreis emēdis facim⁹, in pauperū vsus cōuerterentur. VA, Atqui est hæc

D

DIALOGVS. XXVII.

laudabilis cōsuetudo? NICO, Est omnino, sed nō adeo vt prę ea, meliora & magis chrīana officia negligi debeāt. VALE, Recte putas, nam & ipse sepe stultā muliercularū pietatem risi, quæ suffigēdis etiam quotidie Cæreis triginta sex, adeo sibi placent, vt per hoc cœlum se demereri credant, quantūuis fortiter in plateis pauperes esuriant.

DIALOGVS. XXVII.

FABIANVS ET FRANCISCVS, de Bacchanalibus Christianorum fabulantur.

Vid causę est Frācisce quod heri ludū nō es ingressus? FRAN, Grauit̄ ex capite laborabā, vt lucem ferre nō possem. FA Belle morbū excusas, quādo vulgare iā est scholasticos, si qñ, vel discēdi sudorē horreant, vel ferulā metuāt, ignauix̄ esuæ valetudinē prętexere. Vt scolastic⁹ morb⁹ passimulato & cōficto iā pridē in puerbiū abierit. FRAN, Quid alij faciāt nescio, certe, quod ad me attinet, mallē decies ferulā pati, q̄ semel in eū dolorē recidere. Etiā si vix dum plane reualui. sed qd tute tã hic versaris? an nō hora iā est præceptorib⁹ auscultādi? FA, est, sed ob hæc chrīanorū q̄si Bacchanalia tridui missionē nobis dedit præceptor. Vetuit tñ graui, si qs dicto audiēs nō fuerit, pposita pœna, ne qs opificū istorū manuariorū exēplo, larua psonatus, vīcatim cursitet, quod hæc infania cū bonis oībus, tū maxime Chrīanis sit indigna. FRAN, At ego iādudū laruā in hūc vsum domi inclusam adseruo. FA, Vide quid agas, nā de laruis cautum est. Porro cōpotationes & cōtiōes ciuiles indulsit. FRAN,

DIALOGVS. XXVIII.

Parēdū erit, alioq post impmissa gaudia fortit plorabim⁹.

DIALOGVS. XXVIII.

VITVS ET SEVERVS, de ieiunio deq̄ confessione, q̄
vocat.

Vid istud portēdit Severe, quod ita cogitabūdus in am-
bulas? nā mihi arduū qddā meditari videris. SE, Rogas? quasi nō ipm hoc tps te qd agerē docere possit? VI, Ieiunjs ergo crebris te maceras, vt eiusmōi faciem exhibeas? SE, minime, sed q̄ parū religiose in deū cōditorē, ac eūdem liberatorē male gratus admisi, ea nūc in memoriā reuocare studeo. Iā em̄ tēpus simul, ac ecclesie edictū postulat, vt pctā nra diligēter excussa, tutis sacerdotū aurib⁹ cēsenda, deponam⁹. Quo ab eis de pctōrū rōne edocti, videlicet, quæq̄ leuia quæq̄ grauia sint deinceps cauti⁹ viuam⁹. VI, At incuri⁹ ego ne semel quidem adhuc de re tanta cogitauī. SE, Hac ratione nihilo e melior. Quin maturæ nobis hoc munere defungendū est. Nimirū vt hoc cōfitendi onere, quo nullū est grauius, liberati, diuī Gregorij studiorū p̄sidis ferias agam⁹ expetidiores. VI, At istis ferijs quæso te qd tandē agitur? SE, Quia is diuus studijs, vt dixi, p̄sidere putatur, pueri qui suā ætatem in lris agere volunt, eo die in hāc nostrā militiā nomina dant, faustis, vt ominantur auspicijs. VI, Et quando hæ erunt feriæ? SE, Die sicut opinor, ab hinc decimo. VI, quando ita suades, & ipse mihi oricularium sacrum (sic enim vocant nonnulli eruditi) quæram, in cuius sinum mea delicta effundam. SE, Si lubet, eū accedēdi dabitur facultas.

D ij

DIALOGVS. XXIX.

quē ipse iam semel atq; iterū diligentē sum expertus. VIT,
at ego mallem ofcitantem aliquē, quē nō magno negotio in
aliquot criminibus fallere possem. SE, At hoc nō est Chris-
tianū agere, sed vulpinā fraudulentiā referre. verū tu videris.

DIALOGVS. XXIX.

MARCELLVS ET ANTONIVS,

Alue Antoni. AN, Et tu mi Marcellē. MAR, Quid est
quod ita discurris? quem quæris? AN, Quæro qui me
cum rus eat, mihiq; in emēdicandis ex more ouis sit socius.
MAR, at hæ consuetudo praua est & indigna eo, qui se libe-
ralibus studijs addixerit. Quid em̄ seruilis q̄ decē ouorū
gratia, agrestium caulas hostiatim obambulare, ac interim
domi lectionū iacturam facere. AN, Sed vnde famem pellā,
si non cibos vndecunq; cōquirere licet? MAR, Hic in vrbe
quantū naturæ satis est nancisci potes. Nam, quorū benefi-
cio totius anni victū conquiris, eorundē benignitate, & pau-
cos dies trāsigere posses. AN, Frustra te appello. Seuerior
es, q̄ vt tecum rem habere velim. Ipsa es sapientia. MAR,
Age age vt lubet.

DIALOGVS. XXX.

PAVLVS ET LVCAS, de sanctorum communione
colloquuntur.

Bsecro te mi Luca, modis om̄ibus nos excutiam⁹, atq;
ab omni peccatorū sorde pœnitentiæ scopis repur-
gem⁹ ne ad tāti principis, qui semel nutu nos pdere potest
mensam, illotis quasi manibus accedamus, & panem illū cæ-

DIALOGVS. XXX.

lestem ac admirandum polluto ore, immo & animo sumamus, de quo heri tam pia tamq; frugifera disseruit ludimagister. LV, Equidem pro mea virili ad hoc enitar. Sed rogo, quid nam de hoc mysterio disputauit præceptor? Nam ipse non interfui. PAV, O miserum qui talia negligis. LV, Adesse non quivi, alibi occupatus. Quamobrem vehementer oro & obtestor, ne mihi rem adeo salubrem inuidas. PAV, Aiebat tantam esse virtutem huius admirandi cibi, vt qui eo rite vescerentur, fierent vnum corpus atq; vnus spiritus cū Christo, sicq; in deum deiq; filium abirent. Sed si quis impurus contingat, eum non salutem, sed extremam animæ perniciem sibi inuenire. Hortabatur ergo nos omnes, vt his diebus peccatores cum Christo in cruce moreremur, quo fœlicius & synceriori cum gaudio, vna cum eo in vitam transeamus. Hoc enim dicebat significari per hæc appetentia nunc festa, q; pascha Hebræis transitum a morte peccatorum, ad vitam virtutum sonet. LV, At interim, quid sit de placētis, & id genus alijs bellarijs, quæ ad imminentes has ferias parare consueuerunt? Non & de illis quid audiuisti? PAV, Appage. Tuus animus iam est in placētis, quum hoc temporis articulo, Christus olim de vita sit periclitatus. Placētē atq; eius generis illecebræ aliæ, suo loco sermonem dabunt. Nunc de alio cibo solliciti esse debemus.

D iij

DIALOGVS. XXXI.

VRBANVS ET KILIANVS, de lustratione vrbis & aruorum fabulantur,

Vid est Kiliane, quæ tanto molimine plateas & vicos omnes verrunt? Nū princeps quispiam huc est venturus?

KI, Minime, Sed quiddam est cras futurum, cuius gratia merito hic fit apparatus. VR, Quid hoc queso. KI, Solene iam est, crastino die urbem corpore Christi lustrare, Siquidem primarius hic sacerdos sacratissimum hoc corpus circum mania gestabit, vniuersa sacerdotum manu, atque item populo omnia a tergo sequentibus. VR, Sacra forsan erunt, quæ nonnulli amburbialia non inepte vocari volunt. KI, Erunt. VR, At quando agentur ambarualia? Sic enim vocantur quæ apud Aethnicos erant Robigalia, Paliliaque. KI, Perendie. VR, Num & nos eis sacris adesse oportet? KI, Maxime, pariter & Clericorum ordinem omnem. VR, At apud nostrates soli agrestes sacrificio præeunte agros obequitant. KI, Suus cuique regioni est mos, qui pro lege est habendus.

DIALOGVS. XXXII.

LEOPOLDVS ET SEVERVS, de spectaculis Comædiarum Tragædiarumque exhibendis, fabulantur.

Cis Seuerè, quæ spectacula die crastino, qui est a feriis sacratissimi corporis Christi octauus, edi consueuerint? SE, Qui ipse scire possem, cum superiori anno non adfuerim? LEO, At audisse ex alijs poteras. SE, Quæ ad me parum attinent, ea non magnopere soleo exquirere. Sed dic oro, quid tandem est quod iactas? LEO, Tragædiam eo

DIALOGVS. XXXII.

rum cruciatuum, quos pro nobis tulit seruator Christus hystoriones agent. Sunt enim ad hoc delecti aliquot. SE, Quæso te omnibus etiam adhibitis personis? LEO, Omnibus omnino. SE, Ipse in hac fabula malle durissimi militis, aut carnificis personam gerere, quæ ipsius Christi. Nam tametsi, ut conijcere possum, res fictæ repræsentabitur, sic tamē abire non potest, quin is qui Christum refert, multas interim molestias in se recipere cogatur. LEO, Et ipse in hac fabula spectator esse malo quæ actor. Vtcunq; res interim agatur seria.

DIALOGVS. XXXIII.

BASILIVS ET GREGORIVS, de coronis gestandis, deq; earum vario genere colloquuntur.

Unde tu te proripis Gregori? aut vbi coronam hanc rosaceam es nactus? GRE, E foro veni mi Basili, vbi seruum hoc nummo mihi coemi. BASI, At in quem usum? GRE, Animus est eam coronam capiti impositam gestare. Nonne vile tibi videtur, tot rosas vnico nummulo parari? BA, Et te tantum asinum non pudet, puerorum ritu coronatum incedere? GRE, Puderet? Grandes natu & cani etiā hic gerunt. BA, Nihilo ergo sunt grauiores. forsan hunc morem a Græcorum mollicie sumpserunt, quos apud Homerum subinde κερικωμωντας audio dici. GREGO, Vnde sumpserint equidem nescio, hoc scio quod gestant. BA, Num solas rosaceas gerunt, an & violaceas pariter & liliaceas, aut etiam Rosmarino vel amaraco intertextas? GRE, Omnis

DIALOGVS. XXXIII.

generis flores ac odorama concinnant. BASI, Faciant vt lubet. Ego nihili pendo istas nugas, tantum abest, vt precio emere velim. Quod si pecunia superesset, vernum butyrum emere malim, hoc enim in alimentum cederet. Cum ferorum, si odorem excipias, nullus plane sit vsus.

DIALOGVS. XXXIIII.

RAPHAEL ET SERVATIVS, de ferijs diui Urbani confabulantur.

Tinam alas mihi sumere liceret, vt hinc domum auolare possem. Etenim, nimis q̄ cupio, crastinum diem in patria transigere. Quam facultatem magno emere non recusarem. SER, Quid hic sibi vult? tu ne homine exuto, in volucrem mutam vis degenerare? aut quid noui accidit, q̄ tam repentinum tuum iter postulet. RA, Rogas? Nescis cras ferias agi diui Urbani? SER, Noui, sed quid tū? RA, Hunc diuum eodem pene ritu, & iisdem cærimonijs colunt nostrates, quibus Aethnici olim Bacchum, vt quæ illiserant Bacchanalia nobis pene sint Urbanalia. SER, At in quem vsum faciunt hæc Christiani? RA, Putant hoc diuo sic placato, foelicius prouenire vuas. SER, O stolidos homines, qui sanctorum numina crapulis ac comotationibus demereri se credunt. Cum illi abstinentia et sobrietate, principi deo placuerint.

DIALOGVS. XXXV. & vltimus.

CORNELIVS ET GVLIELMVS, de cōmodis ac molestijs variorum temporum differunt.

u T nihil est vsq̄ ex omni parte fœlix. GVLI, Quid stomacharis tecum mi Corneli? COR, Non iure stomachor? qui me tot malis in hoc immundo mundo obnoxium experior. GVLI, Quid est, de quo præter ceteros adeo queri possis, nisi forte paupertatē in ius vocas. COR, Quasi hoc solum sit malum, etiam si grauissimū. Vides, & opinor sentis, vt nihil nō sit aduersum. Hybernis temporibus frigore concutimur. Nūc æstus & Caniculæ rabies nos excruciat. Interdiu quidem ob annonæ caritatem & nostram paupertatē, fame ac siti laboramus, vt taceā interim, Nusq̄ non culices & muscas nobis obuolantes, & corpusculū exugentes. Nocte vero cum cimicibus ac pulicibus bellum gerimus. Adhæc miseros exterrēt, iam fulgura, iam fulmina, iam tonitrua. Mox & autumnus sexcenta morborū genera effundet. Nonnunq̄ morborū omnium pestilentissimū pestem. Adde, q̄ huius temporis occasiōe pleriq̄ nostri ordinis, dum stulti frigida lauare volunt, in rapidis & profundis fluminibus, capitis iacturam faciunt. GVLI, At tu naturæ parum gratus, incommoda quidem quæ secum adferunt æstiuū mēses accurate recenseres, comoda vero, quæ simul præstat, præteris. COR, Quæ ea sunt quæso. GVLI, Ros gas? primū, nec igne, nec vestibus admodū est opus. deinde tempus hoc tot frugum genera donat, filiginem, triticum hordeum. tot legumina, fabas, pisa, vicias. tot poma, pyra,

DIALOGVS, XXXV.

pruna, mespila, nuces, iuglādes, auellanas, castaneas molles, Racemos, super omnia vero dulcissimum mustum. An hæc parua tibi videntur æstatis & autumnii munera? Videris mihi ex eorū esse grege, de quibus Seneca eleganter dixit. Nemo beneficia in Kalendariū scribit. Postremo cogitandum semper est, sic placuisse naturæ conditori deo, vt in hoc mundo nihil sit hominibus omni ex parte beatū, quo videlicet ex his mūdi perturbationib, ad aliam patriam aspiremus.

Consules, Senatusq; Lipsensis omnib, & singulis has tabulas inspecturis Salutem. Plato diuinæ sapientiæ hō, eā rem pub, optime institutā putat, quæ primā curā pueris ad optima quæq; hoc est literas, & virtutes, prouehēdis impendat. Nō aliter, inquit, ac gnauī agricolæ teneriores plantas primaria opera obseruāt, deinceps vero, & reliquas nō negligūt. Neq; id iniuria, siquidem vt tenellis plantis, nisi accurate circū sepiantur, facile nocuerit, vel auster inimicus, vel petulcū pec⁹, vel etiā pecudib, nōnunq; petulātior homo, ita prima illa ætas infirma, & per hoc in quāuis partē sequax, nisi recta institutione ducatur, leui momento in omne ignorantia, vitiorūq; genus sensim cum ætate adolescit. Quare diu⁹ Hieronymus parentes ad diligentem liberorū educationem vocans, grauitē, inquit. Nō parui est apud deū meriti bene liberos educare. Hæc omnia nos perpendētes, nihil, quod ad hanc curā adeo salubrem scimus pertinere, negligimus. Immo quidquid quoquo saltem mō iuuandæ iuuentuti datur, hoc singulari quodā fauore, cōplectimur. Itaq; cum Petrus Mosellanus in hac laudatissima ciuitatis nostræ Academia

publicus vtriusque linguæ professor præter alia multa studiosis non inutilia, multorum rogatu & Dialogos quosdam loquendi formulas complexos, in puerorum usum conscripserit, id quod ipse nobis coram exposuit, ac alia posthac non minus frugifera forsitan sit compositurus, quo sentiat suum studium nobis probari, pariter & ipse ingenij sui labores amplioribus conditionibus, possit publicare, Mandamus omnibus, & singulis typographis simul ac bibliopolis, ne quisquam in hac nostra ciuitate intra quatuor annos a singulorum operum editione computandos, primariam editionem sine authoris ipsius consensu imitetur, neue eadem opuscula aliunde aduecta, hic venditet. Quod si quis inordinata lucri cupiditate impulsus, contra hoc nostrum decretum fuerit ausus, sciat se in grauem censuræ nostræ multam incurrisse. Quam quidem nobis, pro nostro atque item authoris ipsius arbitrio dictandam reseruamus. Datæ in curia nostra, vrbis Lipsensis, pridie Calendas Octobris
Anno. M. D. XVIII.

publicus utriusque linguae professor praeerat illi magister
his non tantum multorum rogatus & Dialogos quosdam loquens
diuinae complexos, in quorum vltimo conscripserat
quod tale ne discorum expoluit, ac illa postea non minus
fructus forent, si copularetur, quo lecturam suam
nobis probat, pariter & inuenit in tabores amplioribus
conditionibus, postea publice, mandatis omnibus, & lingua
his typographis simul & bibliopis, ne quibus in hac nos
sua curare, quatuor annos a singulis operibus editionis
compendiosae, primis editionem suam, quibus ipsius cons
silio inuenit, nec eade operibus aliunde aduersa, hic vix
dicit. Quod si quis inordinata lucri cupiditate impellitur, con
tra hoc officium deest, cum iure iuris, scilicet in gratiam con
suetudinis, inuenit. Quae quidem nobis, post
sua iura, auctoritas ipsius, scripto dicenda, & certissima. Dicit
in curia nostra, vobis, Episcopi, pridie Calendae Octobris
Anno. M. D. XVII.



1533 77

AB 1533 77

ULB Halle
002 403 617


3



56








B.I.G.

Farbkarte #13



PAEDOLOGIA PETRI MOSELLANI PROTEGENSIS IN PVERORVM VSVM CONSCRIP

Multa sunt ²⁵ TA ²⁵ et magis
philippus videtur: qui deus magnis pueris ante po
videtur hoc impium legem lapidibus periturum. Quod in ut
minis cariturus? quod dicitur aduante? quod hyarimo mag
pulsus et in hie in hie pueris no dicitur. Ita ut hie
et aduante hie hie hie hie hie hie hie hie hie hie hie
volumibus et multa Hieronymus hie hie hie hie hie hie hie hie hie hie hie
pauis paueri.

Non sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare non possunt.

Anno 1578

